



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nuclevs Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde utilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

De Eleemosyna, & fraterna Correctione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

tem esse mortale, si ex aliquo graui odio procederet in contemptum , & graue damnum proximi : vel ob impugnan- dam veritatem in re graui , aut quid si- mile. S. Thom. ibidem quest. 116..

De Eleemosyna, & fraterna Cor-
rectione..

25 **N**on solum tenetur homo non odire, nec inferrere malū proximo; sed etiam amare , & velle bonum, tam in rebus temporalibus, quo fit per eleemosynam , quam in spiritualibus per fraternali correctionem , & instru- ctionem. Et quidem, quoad eleemosy- nam, ea, facienda est ex superfluis. Su- perflua autem sunt duplicitis rationis: alia dicuntur superflua vitæ , vel naturæ : ve- sunt illa, quæ , demptis ijs, quæ alicui sunt necessaria ad vitam sustentan- dam, siue propriam, siue tuæ familiæ; ad- huc tamen supersunt. Alia dicuntur su- perflua statui: & sunt ea, quæ , demptis ijs, quæ sunt necessaria, non solum ad vitam sustinendam , sed etiam ad con- decentem statuam , iuxta conditionem

L. 5. per-

personæ, Prudentis arbitrio; adhuc tamen supersunt.

26 Si ergo proximus sit in extrema, vel quasi extrema necessitate ad vitam conseruandam; tenetur sub mortali illi qui quis subuenire, si habeat superflua vitæ, id est ex superfluis vitæ, & naturæ, & probabiliter putet, neminem alium illi subuenturum: etiam si non habeat superflua statui: hoc enim exigit lex Charitatis secundum omnes.

27 Si proximus sit in graui necessitate tenetur sub mortali illi subuenire, qui habet superflua statui, si nō sit alius, qui subueniat. Hoc enim etiam exigit lex Charitatis; præsertim quia si nemo subueniret, facile grauis necessitas transiret in extremam.

28 Probabile etiam est in communib[us] proximorum necessitatibus, quales esse solent in ordinarijs pauperibus, diuites, qui habent superflua etiā statui, teneti sub mortali, ad aliquam elemosynam elargiendam, indeterminatè men, cui, vel quibus voluerint, & ijs temporibus, quibus magis illis placuerint, alioqui hæc etiā necessitas facile transi-

ret in grauem & in extremam. Plura de
hac te S. Thom. 2.2. q. 32. Caiet. &n Vasq. in
opusc. de elem. Filliue. tom. 2 tract. 28. cap. 3.
Suar de Charit. disp. 7.

29 Subuenitur præterea indigentia
spirituali proximi per fraterno, & secre-
tam correctionem: quæ consistit in sua-
ui, & discreta admonitione ipsius, vel ut
non peccet, si est in periculo peccandi,
vel ut à peccato resipiscat: & tota or-
dinatur in bonum ipsius proximi. Et
quidem ex se hoc præceptum correctio-
nis obligat sub mortali, si sit in materia
grauis, nempe si agatur de peccato mor-
tali proximi corrigendi, & non emen-
dati. Requiruntur autem hæ conditio-
nes. 1. ut certam notitiam quis habeat de
peccato proximi. 2. ut ex correctio-
ne speretur probabiliter fructus, & e-
mendatio, saltem ad tempus. 3. si proba-
biliter iudicem, proximum indigere
mea correctione ad emendationem. 4. si
sit debitus locus, & tempus, & adsint a-
lia circumstantiæ, quæ videtur necessa-
riæ ad finem correctionis. Ex quarum
conditionum defectu, facile est pa-
sim excusari homines à peccato mortali

ex defectu correctionis: maxime in casibus repentinis, & ad personas ignotas. Plura S. Thom. 2. 2. quæst. 33. Suar. de Charit. disput. 8. Diana par. 4. tract. 4. resolut. 2. 2. 8. Filiuc. tom. 2. tract. 2. 8. cap. 5. Vbi etiam agitur de Superioribus, quomodo teneantur ad subditorum correctionem..

D E VI. P R A E C E P T O Decalogi.

Non fornicandi.

Hoc præcepto prohibetur omnium peccatum contra castitatem, quæ est pars temperantiae, & dicitur peccatum luxuriae: Cuius septem species communiter numerari solent: Simplex fornicatio, stuprum, adulterium, incæstus, raptus, sacrilegium, peccatum contra naturam. De quibus aliqua dicimus necessaria ad confessionem..

Simplex Fornicatio:

Simplex fornicatio est illicitus concubitus, soluti cum soluta non

VII